



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelæ Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 2. Bauaria inferior, la basse Bauiere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

*le Territoire de
Ratisbonne.*

ro nequicquam reclamante. Hic dietæ Imperiales sæpè indicuntur ob loci commoditatem. Hic etiam S. Dionysij Areopagitæ aiunt seruari lipsana ab Arnulpho Imperatore ex bello Normanico relata.

EPISCOP.
F R I S I N -
G E N S I S
*l'Evesché de
Frisingen.*

FRISINGA: *Frisingen*, ad confluentias Ambari, & Isaræ, vnde Otho ille Frisingensis celebratissimus: tota Catholica est, eius Episcopus inops, pagosque habet aliquot per Austria, Stiriam, Carinthiam & Bauarium sparsos.

N V M. 2. *Bauaria Inferior*, la basse Bauiere.

LANDSHUTVM: *Landshut*, ad Orientalem ripam Isari, vrbs cultissima.

Osterhouia: *Osterhounen*, vbi Abbatia Præmonstratensis Ordinis celeberrima ad Danubium.

Vilshouia: *Vilshouen*, vbi Fl. *Vitz*, iungitur Danubio.

Allerspachium: *Allerspach*.

Dingelfinda: *Dingelfind*, ad Isarum Fl.

Landaui: *Landauu*, ad eundem Fluvium.

Fanum S. Viti: *S. Veit*, ad Fl. *Rott*.

Vasserburgum: *Vasserbourg*, ad Fl. *Aenum In.*

Haga: *Hag*, caput Comitatus, Reip. ad instar, quæ tamen Ducis subiicitur; ad Fl. *Aenum*.

Roffensemum: *Roffenheim*, ad prædictum Fl.

Hocstetia: *Hocstet*, ad lacum Chimum, vulgo *Chiemzée*.

Braunauia: *Braunauu*.

Friburgum: *Fribourg en Bauiere*, ad discriminem Heluetici, & Brisigauici.

**ARCHI-
EPISCOP.**

**S A L I S -
B V R G E N -
S I S**

SALISBURGA: *Salzbourg*, à Salinis sic dicta, vel à Fl. *Saliz*, quo alluitur: olim Iuuania dicta quasi *Heffenburg*, à castro quod hic collocasse Iulium Cæsarem fabulantur indigenæ. In eâ vrbe tumulus Theophrasti Paracelsi, palatum Archiepiscopi magnificentissimum; & castrum inexpugnabile vndique vallatum præcipitiis.

Sa-

Archenesché
de Saltz-
bourg.

EPISCO-

PATVS

PATA-

VIENSIS

& Passa-
uiensis,

l'Euesché de
Passau.

Salinæ: *Reichenhall*, ad Fl. Salam *Salz*, vbi Sale excoquitur, ex cuius portorio multum præfulis vectigalibus accedit.

Bertolfgada: *Bertolzgaden*, locus celebris tornofatris operibus, & sale suo.

Ditmaninga: *Ditmaning*, ad Fl. *Salz*.

Hellela: *Hellel*, ad prædictum Fl. vbi Sal conficitur.

Lauffa: *Lauffen*, ad eundem Fluuium.

PASSAVIVM, Patauium, & Batauium: *Passau*, ad confluentias Æni, Illi & Danubij, olim Batauorum, colonia perducta à Romanis: vrbs est parum munita, collibus circumquaque ipsi imminentibus.

Ænostadium: *Instad*, ab Æno Fl. nomen accepit, à quo tantum dirimitur à Passauio, vrbs tota ferrè lignea est.

Illo stadium: *Ilzstad*, ab Illo Fl. *Ilz*, nomen habet: in Illo fluuio ostrea capiuntur in quibus Gemmæ: eaque quisquis pescatus erit sine iussione Princpis, illi oculi effodiuntur ex veteri consuetudine.

Castrum superius: *Ober-hansf*, vrbeula Catholica, in quâ Episcopus commoratur. Hic olim præsedit Laureaci, sed eo destructo ab Auaris Passauium venit, quod ei dono datum à Thasilone.

Scherdinga: *Scherding*, vbi Ænus ponte iungitur cùm recepit Fl. *Rot*.

§. 2. Bauaria Trans-Danubiana, la Bauiere au delà du Danube.

PALATI-
NATVS

BAVIA-
RIÆ,
seu

NORT-

Parall. Geogr. Tom. II.

AMBERGA: *Amberg*, ad Fl. *Vils*, huius Palatinatus caput, quāquam non maxima. Hęc autem Regio habuit olim suos Duces atque Palatinos, postea occupata à Palatino Rheni, quo infeliciter expulso, Duci Bauariæ cum Electoris titulo cessit.

Sutzbachia: *Sutzbach*, cum luculento castello ad Fluuiolum *Rosenbach*.

O